Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

BREVIS

Si introibunt in requiem meam
Quoniam ergo superest quosdam
introire in eam & in quibus prior
bus annuntiatum est non introierit
propter eorum incredulitatem. I
terum terminat diem quandam
hodie in dauid dicendo post tanti
temporis sicut supra scriptum est
Hodie si vocem eius audieritis no
lite obdurare corda vestra sicut in
exacerbatione quem admodum in ma
exacerbatione. Nam si eis requiem
prestitisset nunquam de alia loquetur
post hanc diem. Itaque relinquitur
sabbatismus populo dei. Qui enim ingr
sus est in requiem eius. etiam ipse
requiescit ab operibus suis. sicut et
deus a suis festinemus ergo ingredi
in illam requiem ut ne in ipsum quis
incidat incredulitatis exemplum.
Vivus est enim sermo dei. et efficax
et penetrabilior omni gladio anci
piti & pertingens usque ad divisionem
animae ac spiritus compagium quoque
ac medullarum. et discretor cogi
tationum & intentionem cordis & non
est ulla creatura invisibilis in con
spectu eius. Omnia autem nuda. et
aperta sunt oculis eius. ad quem
nobis sermo. Habentes ergo pon
tificem magnum qui penetravit ce
los iesum filium dei. teneamus con
fessionem. Non enim habemus ponti
ficem qui non possit compati infir
mitatibus nostris. tentatum autem
omnia p similitudinem absque peca
to. Adeamus ergo cum fiducia ad thro
num gratiae eius. ut misericordiam
consequamur & gratiam inveniam
in auxilio opportuno.

V

Omnis ergo pontifex ex hoi
nibus assumptus. pro hoinim
bus constituit. nihil q̃ sit
ad deum. ut offerat dona et sacrifi
cia pro peccatis qui condolere possit
his qui ignorant et errant quoniam
& ipse circumdatus est infirmitate.
et propter eam debet quemadmodum & pro
populo. ita etiam pro semet ipso offer
re pro peccatis. Nec quisquam sumat
sibi honorem. sed qui vocatur ab deo
tamquam aaron. Sic et christus non semet
ipsum clarificavit ut pontifex fieret
sed qui locutus est ad eum filius meus
es tu. ego hodie genui te. Quemad
modum & in alio loco dicit. Tu es
sacerdos in eternum secundum ordi
nem melchisedech. Qui in diebus car
nis suae preces supplicationes que ad eum
qui posset illum a morte saluum fac
cum clamore valido. & lacrimis offers
exauditus est pro sua reverentia. Et
quidem cum esset filius dei. didicit ex his
que passus est obedientiam. & consu
matus factus est omnibus obtempe
rantibus sibi causa salutis eternae.
appellatus ab deo pontifex. iuxta ordinem
melchisedech. de quo nobis grandis
sermo. et interpretabilis ad dicendum
quoniam imbeciles facti estis ad au
diendum. Et enim cum debeatis esse
magistri propter tempus rursum in
discetis ut vos doceamini que sint
elementa exordii sermonum dei. et